

# De Sacramento Ordinis. Cap. IX.

21

- 13 Culibet septem ordinum conuenit aliquod mysterium ordinatum ad Eucharistia sacramentum.
- 14 Ordines alii maiores, qui & sacerdiciuntur, alii minores, & non sacerdos. Et ordo sacer duplamente dicitur.
- 15 Character imprimatur in singulis ordinibus. Et in quo actu, nus. seq.
- 17 Character in Diacono imprimatur in datione libri Euangelorum.
- 18 Subdiaconus habet duos actus. Et in quo actu imprimatur character.
- 19 Character unius ordinis an presupponat characterem alterius.
- 20 Ordines omnes an unum, vel plura sint sacramenta.
- 21 Praeminentia inter ordines qua.
- 22 Ordinis sacramenta quae si virius, quique effectus.

## De Sacramento Ordinis. Cap. IX.

**E**xpeditis his, que pertinent ad sacramentumunctionis extremae, consequenter considerandum est de sacramento Ordinis: & primò quot modis accipiatur ordo. Secundò, quid sit. Tertiò, an sit sacramentum. Quartò, de eius institutio-ne. Quintò, quo sint. Sextò, quibus ex causis in plures dividatur. Septimò, quare sint plures. Octauò, an ordines sint vnu, vel plura sacramenta. Nonò, an omnes ordines sint sacri. Decimò excellētia, arque efficacia ordinum. Undecimò, de ministro huius sacramenti. Duodecimò, de suscipientibus hoc sacramentum.

- 1 Circa primum sciendum est, † quod Ordo accipiatur multipliciter: uno modo pro relatione, vel habitudine ordinatorii. Et sic loquitur B. Aug. de eo, lib. de ciuitate Dei. Cum ait. Ordo est parium, dispensariumq; rerum sua loca cuique tribuēs dispositio. & Archid. in c. decreuimus. 1. q. 1. dicit, Ordo est, cum diversarum re tū unaquæque propria tenet loca. & ita

intelligitur glo. in c. fi. dist. 89. Hoc autem modo non loquimur hic de Ordine. Secundò modo, Ordo est nomen dignitatis, ut cum Episcopatus per Canonistas dicitur ordo. glo. in verb. Episcopus, in proo. sexti, glo. in c. quia periculorum, verb. de Episcopis, de sent. excom. lib. 6. glo. in cap. de his, de consicerat. dist. 5. Abb. in capit. sicut pro certo, de simon. Gemin. in proctm. in 6. Archid. in cap. Diaconus, dist. 93. Tertiò modo, Ordo est nomen officii, ut cum Psalmista dicitur Ordo. cap. clerorum, capit. cum contingat, & ibi Dom. Ant. & Canon. de ætate & qual. Quartò modo accipitur Ordo pro eo quod exterius sensibili-ter geritur circa aliquem, ut in aliquo gradu super alios constitutatur, sicut alicui traditur calix cum pane & uino sub praescrip-ta verborum forma, ut constitutatur in gradu sacerdotali super populum. Et de hoc ordine quarto modo acceptio, qui propriè, & strictè dicitur (Ordo) intendimus loqui. An vero Episcopatus, & Psalmista sit Ordo, inferius videbi-mus. Ignor Magister sententiarum in 4. dist. 24. diffiniens illum, sic dicit. Ordo est signaculum quoddam in quo spiritualis potestas traditur ordinato. Et nota, quod dicit signaculum, id est signum per aliquod sensibile signum traditur potestas alicui; potestas enim ecclesiæ, per quam quidam habent alius ministeriale diuina, deber esse nota ecclesiæ, sed non esser nota, nisi tradatur sub aliquo signo sensibili, verbo, vel facto, uel utro que simul, cum omni cognitio ortum habeat à sensibilibus, ergo talis tra ditio dicitur esse Ordo, iuxta definitio-nem Magistri. Ordo est signaculum, id est signum quoddam, ita Turtecum iuxta Durandum, in d. c. clerorum. num. 4. vel secundum Do. Pet. de Palu. tract. 6. signaculum sit pro signaculo in animam diuinus impresso, secundum S. Bonauen. in 4. dist. 14. Nam in collatione ordinum confertur gratia gratum faciens, quod in tellige, si dignè suscipiatur, vel augetur prius habita, arg. extr. de sacr. vñct. §. sci-  
re,